

Ad VI. Negative, & amplius non proponatur.
 Ad IX. Stetit in decretis. Sic apud D. Ursayam tit. 8. *discep.* 34. num. 55.
 34. "Distributiones non lucrantur Canonici choro inter-
 essentes, qui cum ceteris non psallunt. Benedicti. XIV.
 tom. 1. constit. 103. *incip.* Cum semper §. 24. Adverten-
 dum est, quod ipsas distributiones lucrantur Canonici,
 35. & Beneficiati, qui de licentia Ordinarii spiritualia exer-
 citia peragunt in aliqua pia, seu regulari domo, licet
 pro illis diebus choro non intersint, dummodo tamen ip-
 sa spiritualia exercitia non peragant temporibus Adven-
 tus, & Quadragesimæ, & in Festis solemnioribus, nec
 omnes simul, sed eo adhibito modo, ut chori servitium
 nequaquam intermitatur; Sic expresse concessit Cle-
 mens XI. die 1. Febr. 1700. in sua epistola encyclica à
 nobis per extensum allata sub verb. Exercitia Spiritualia
 num. 2. Vide ibi: Item advertenda est resolutio Sacre
 Congregationis Concilii die 1. Febr. 1734. *Bosanen.* ibi:
 "An Canonici ecclesie cathedralis assistentibus Epis-
 copo pontificalia exercitia, vel in suo palatio, vel in
 aliis ecclesiis sue diocesis, debeant anniversariorum
 emolumenta, quæ ex voluntate fundatorum distribu-
 ti consueverunt solum inter presentes; Et quatenus ne-
 gative. An sit consulendum Sanctissimo pro concessio-
 ne indulgi ex gratia in casu &c." Sac. Congregat.
 respondit; Ad utrumque negative.
 DIVINATIO. Vide verb. Superstitio à num. 12. ad 33.

DIVORTIUM.
SUMMARIUM.

- 1. Divortium quotuplex, quale, & unde dicatur, ad n. 5.
- 6. Divortium quoad vinculum ex jure communi, & cujus auctoritate per dispensationem, ad num. 17.
- 18. Divortium quoad torum, & cohabitationem quot, & quibus de causis fieri possit, ad num. 33.
- 36. Quos pariat effectus adulterium quoad divortium, ad num. 52.
- 53. Quid juris quantùm habeat conjux fidelis ex adulterio spirituali alterius conjugis.
- 54. An semper liceat divortium facere propter adulterium, ad num. 58.
- 59. Quando vir adulterandi causam mulieri prebere censetur, & quando non, ad num. 60.
- 60. Quid Græcis nuper veritum sit circa divortia.
- 61. Addit. ex aliena manu subnectuntur, ad num. 77.

1. Divortium generatim potest capi tripliciter, scilicet quoad vinculum, quoad torum solum, quoad torum, & cohabitationem simul. Divortium quoad vinculum est separatio conjugum, dissoluto penitus eorum matrimonio, ita ut & maritus possit aliam ducere uxorem & uxor alium ducere maritum, prout colligitur ex *tor. tit. ff. de divortis.* Divortium quoad torum solum est separatio conjugum quoad debitum conjugale alteri licite denegandum & manente vinculo matrimonii valide contracti, & cohabitatione in eodem domo, & mensa. Divortium quoad torum, & cohabitationem simul est separatio, & liberatio conjugum non tantum ab obligatione reddendi debitum, sed etiam habitandi in eadem domo, mensa, & lecto. Hoc nomen *divortium* spectata nominis etymologia desumptum est, ut habetur *L. 2. ff. de divort.* & *repud.* à diversitate mentium, quatenus conjuges, qui per divortium se secerunt, quodammodo quoad effectus se alienant; quatenus ex alienatione affectuum se ab invicem separant; seu desumptum ex eo quod ad diversas partes divertunt. (*Leg. l. tit. 10. p. 4.*)
 6. Divortium quoad vinculum, seu totalis dissolutio matrimonii rati, & non consummati fit inter fideles professione religiosa; ita ut uno conjuge in religionem ingresso, & professio, alter in seculo relictus possit transire licite ad alias nuptias. *Est communis ac certa,* textu expresso in *cap.* Verum 2. c. ex publico 7. de conversione.

conjugator. & Concil. Trident. sess. 54. Can. 6. ibi: "Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum, non dirimi, Anathema sit." Unde cuiuslibet conjugum post contractum jam matrimonium conceditur bimestre ad deliberandum an consummare, vel religionem ingredi velit, *tit. c. Ex publico 7. de conversione conjugator.* Non dissolvitur tamen matrimonium ratum, nec fit divortium, quoad ejus vinculum per votum solemne castitatis in susceptione ordinis sacri, quia licet hujusmodi votum impediatur matrimonium contrahendum, tamen non sufficit ad dissolvendum matrimonium prius contractum, quamvis nondum consummatum; *Cum nec jure divino, nec per sacras canones reperitur hoc statutum;* prout argumentatur, atque declarat Joannes XXII. *Extravag. Antiquæ, de voto, & voti redemptione.* Et multo minus fit divortium, & quoad vinculum dissolvitur matrimonium ratum, & nondum consummatum per votum simplex castitatis, ex *textu expresso in c. Ex parte tua 14. de convers. conjugator. (Leg. 4. tit. 1. part. 4. tit. 1. lib. 3. For. Reg. Ad rem lex 2. tit. 10. p. 4. 35. tit. 5. 8. tit. 8. p. 1.)*

Potest autem divortium fieri, & quoad vinculum dissolvi totaliter matrimonium ratum, & nondum consummatum etiam per dispensationem Summi Pontificis, ita ut ambo conjuges licite possint transire ad alias nuptias. Sic tenendum esse declaravit die 16. Jul. 1599. Congregatio particularis à Clemente VIII. deputata, qui interfuerunt Cardin. Asulanus, Burghesius, Blanchettus, Mantica, Arigonius, Vicecomes, Osatius, & Bellarminus, nec non RR. PP. Seraphinus, Pamphilius, Pegna, & Mellinus tunc Rotæ Auditores, ac Petrus Justinianus, & Costa Societatis Jesu; omnes omni exceptione majores, tum in sacra theologia, tum in sacris canonibus, & sic etiam pluries censuit Sacra Congregatio Concil. & signanter in *Carpenteranen.* 25. Jan. 1608. in una *Seguntina* 17. Sept. 1603. in una *Ferrariensi.* 20. Maii 1613. & in una *Augustana* 16. Maii 1618. Et hæc est praxis recepta à Romana curia, ut abunde patet ex pluribus exemplis relatis Doctoribus. Divus enim Antonius *tert. part. tit. 1. c. 1. §. 3.* affirmat se vidisse hujus dispensationis Bullas expeditas à Martino V. & Eugenio IV. Navarr. in *manual. c. 22.* refert, Julium III. Paulum III. & Plum IV. sic dispensasse; Cajet. 1. 1. *opusc. 28. de matrim.* asserit suo tempore hujusmodi dispensationes emanasse à Summis Pontificibus; Henrici. 1. 11. *de matrim. c. 8. num. 11.* in *Gloss. lit. f.* refert Gregor. XIII. unica die cum undecim Oratoribus dispensasse, & prætermissis pluribus aliis, Urbanus VIII. dispensari mandavit per Archiepiscopum Neapolitanum super matrimonio rato inter DD. Michaellem Blanchum, & Joannem filium Principis, & Principissæ de Concha Civitatis Neapolit. præcisiliter in forma Brevis sub Annulo Piscatoris expeditis, tenoris sequentis, videlicet.

A tergo.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Neapolitano.

Intus vero.

URBANUS PAPA VIII.

Venerabilis frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

"Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Principes, & Principissa de Concha Neapolitan. quod pro conservatione illorum statuum, & familie, cupiunt Joannem illorum filium unigenitum, cum aliquo viro ex dicta familia, matrimonialiter copulari; verum, quia dicta Joanna, tunc in decimo tertio ætatis sue anno constituta, matrimonium cum dilecto filio Michaeli Blancho per procuratorem per verba de rato contraxit; & quod ratione hujusmodi matrimonii graves lites, & inimicitie ortæ jam sint, & majores fuissent, nisi auctoritate, & providentia dilecti filii nobilis viri Comitis de Monterey, Proregis Neapolitan. provisum fuisset; Nos &c. fraternitati tue committimus, & mandamus, quod

matrimonium hujusmodi sic factum, & non consummatum, stante etiam consensu partium, nullum, & invalidum; ad effectum ut dictus Michael cum alia muliere, Joanna vero prædicta cum alio viro de familia, præcedente tamen dispensatione apostolica super consanguinitatis, seu affinitatis gradu, quatenus opus sit, libere & licite contrahere valeant, apostolica auctoritate declares, non obstantibus premisis, & quibuscumque Constitutionibus Apostolicis."

Datum Romæ &c.

12. Accedit ratio: quia si Pontifex potest dispensare in professione religiosa, per quam dirimitur matrimonium ratum, à fortiori poterit dispensare in matrimonio ipso. Tum quia ex verbis Christi dictis Petro *Matth. 16. & 19. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam &c.* Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis; colligitur dedisse ipsi Petro, & suis successoribus amplissimam facultatem dispensandi in iis, quæ sunt juris divini, & non deducuntur proxime ex principiis juris nature, sed remote, & quæ habent admixtum aliquid obligationis humane, maxime ob bonum publicum, aut commune ecclesie, vel animarum salutem, & sic credibile est, Deum suo Vicario contulisse potestatem dispensandi in matrimonio rato nondum consummato, casu quo id exigat bonum ecclesie, aut animarum salus. Nec valet dicere, quod si hoc valeret pro matrimonio rato, valeret etiam pro matrimonio consummato; cum æque, immo magis, & sæpius pro bono communi ecclesie, & animarum salute serviret, si dispensaretur in matrimonio consummato, quam ratio, adeoque, si ob bonum commune ecclesie, & animarum salutem non potest Papa dispensare in matrimonio consummato, neque poterit in rato, cum utrumque sit æque indissolubile de jure divino. Non valet, inquam, quia matrimonii Sacramentum quoad significationem non est completum usque ad carnalem copulam inclusive, ita quod matrimonium ratum significet conjunctionem Del ad animam per charitatem, consummatum vero conjunctionem Christi ad ecclesiam; *cap. Debitum 5. de Bigamis.* Prima autem conjunctio est solubilis, non secunda, ideoque matrimonium ratum solvi potest, non vero consummatum. Unde, ut recte Pignatelli. *tom. 1. consultat. 148. num. 4.* Dominus *Matth. 10.* non dixit, *Quod Deus conjunxit homo non separet,* nisi post illa verba, *Et erunt duo in carne una.* Et Apostolus ad *Ephes. 5.* non dixit: *Hoc Sacramentum magnum in Christo & Ecclesia;* nisi post illa verba: *Et erunt duo in carne una, & ideo: Leo Pontifex inquit, ut referunt Magister in 2. *Arinens.* 31. & Gratianus *cap. 27. quest. 2. Societas nuptialis ita est à principio instituta, ut præter commixtionem sexuum non habeat Christi & ecclesie Sacramentum.* Hoc etiam docet textus in *cap. Ex publico 7. §. Sane, de convers. conjugat.* ibi: *Sane, quod Dominus in evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloqui de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest.* Hinc Rota in *Burgensi dissolutionis matrimonii* 17. Junii 1594. coram Justo, quoad potestatem Papæ dissolvendi matrimonii rati nondum consummati concludit non esse dubitandum, quia hæc est communis opinio Canonistarum, præsertim de conjugum consensu, & ex justa aliqua causa.*

13. Ad dissolvendum quoad vinculum matrimonium si ve ratum, si ve consummatum cum impedimento dirimente contractum, requiritur auctoritas Judicis legitimi ecclesiastici; non enim privata conjugum auctoritate dissolvi potest, nec unus alterum dimittere valet, etiamsi certi sint de impedimento dirimente, ideoque notorium existat; textu expresso in *cap. Porro 2. de divor. tit.* ibi: *Porro de Comité Pontini, qui B. uxorem suam obque judicio ecclesie dimisit, quia eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proposuit, prudentia tua cognoscat; quod si etiam parentela esset publica, & notoria, obique judicio ecclesie ab ea separari non potuit, quare ipsum ad eam recipiendam districtè compellat; quam si recipere noluerit, FERREAR. BIBLIOTECÆ, TOM. III.*

16. eum & superinductam vinculo Excommunicationis adstringat. Non debet tamen, nec potest ecclesiasticus Judex matrimonium dissolvere quoad vinculum statim ac unus, vel ambo conjuges ipsemet, accedente etiam rumore viciniarum, fateantur se cum impedimento dirimente, v. g. affinitatis, vel consanguinitatis contraxisse: sed debet eidem Judici prius constare de impedimento dirimente per probationem plenam & perfectam, qualis est, quæ fit saltem per duos testes omni exceptione majores textu expresso in *cap. Super eo 5. de eo qui cognovit,* ibi: *Super eo quod postular, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris sue consanguineam carnali commixtione cognovit, cum id fateatur uterque, & aliqua pars viciniarum hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua judicio ecclesie reparandus. Tue Fraternitati respondemus, quod propter eorum confessionem tantum, vel rumorem viciniarum separari non debent cum quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem inestus, (aut alterius impedimenti) facile prosilierent, si suo judicio crederent, per judicium ecclesie concurrendum. Rumor autem viciniarum non adeo est judicandus validus, quod nisi rationabiles, & si de digna probatione accedant, possit bene contractum matrimonium irritari.*

17. Matrimonium valide inter fideles contractum, & consummatum est quoad vinculum indissolubile. *Est communis inter Catholicos ex definitione Concilii Tridentini sess. 24. canon. 5. ibi: "Si quis dixerit propter heresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam, aut conjugum dissolvi posse matrimonii vinculum, anathema sit." & Canon 7. ibi: "Si quis dixerit ecclesiam errare, cum docuit, & docet juxta evangelicam, & apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugis matrimonii vinculum non posse dissolvi &c. anathema sit." Et habetur expresse ex verbis Christi *Matth. 19. ibi: Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Item ex Apostolo ad *Roman. 7. ibi: Mulier vivente viro alligata est legi, & 1. ad Corinth. 7. ibi: "His, qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro suo reconciliari," quæ verba de matrimonio consummato inter fideles contracto sunt intelligenda juxta textum in *cap. Ex publico 7. de convers. conjugat.* supra sub num. 14. allegatum.**

18. Divortium quoad torum, & cohabitationem potest licite fieri iusta & legitima causa interveniente. Habetur ex perpetua ecclesie praxi, & ex expressa definitione Concilii Tridentini sess. 24. canon. 8. ibi: "Si quis dixerit, ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges quoad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit." Justæ autem, & legitime causæ, ob quas potest licite fieri divortium inter christianos conjuges, septem generatim solent assignari. Prima est mutuum conjugum consensus, ut cum ambo intrant religionem, vel vir assumit statum clericalem, & uxor ingreditur religionem, vel unus solum conjugum religionem ingrediatur, altero in seculo remanente, dummodo perpetuum votum continentie emittat, ut statuitur in *cap. Cum sis 4. de convers. conjugat.* ibi: *Ut castitatem promittente, & cap. Ad Apostolicam 13. eodem tit. ibi: Nisi perpetuum continentiam promittat.* Et ejus sit ætatis, & conditionis, ut non sit suspectus, vel suspecta de periculo incontinentie ratione morum, ut statuitur in *capite Usoratus 8. eod. titul. ibi: Quæ integræ opinionis existat, ut nulla suspicio habeatur, quod minus continenter habeat vivere, & infra: Si autem talis fuerit, quæ suspicio non careat, debet religionem intrare.* Sic etiam conjuges mutuo consensu divortium à cohabitatione tori facere possunt, ut juxta monitum Apostoli 1. ad *Corinth. 7.* vacent orationi, ibi: *Ad tempus se separent conjuges, ut vacent orationi.*

19. Secunda iusta, & legitima causa est fornicatio spiritualis, seu lapsus in heresim, seu gentilium aliterius conjugum, ob hanc enim causam conjux innocens etiam propria auctoritate potest licite facere divortium quoad torum, & cohabitationem; cum hac tamen advertentia, quod si conjux innocens propria auctoritate, & sine judicio ecclesie divortium fecit à conjuge in heresim lapsu-

so, & ipse reus hæresis sese ab errore revocaverit, tunc tenetur eum iterum recipere, seu ad eum iterum redire, textu expresso in cap. De illa 6. de divortis. De illa, que viro suo labente in hæresim, sine iudicio ecclesie declinavit, videtur nobis, quod mulier, cum conversus fuerit, est reddenda, que etiam si reverit noluerit, compellitur, & concordat cap. Quanto 7. final. eodem titulo. Si vero conjux innocens iudicio ecclesie divortium fecit, non compellitur conjugem conversum recipere, seu ad eum iterum redire, sed potest religionem intrare, si vult, textu expresso in cit. cap. De illa, ibi: Si vero iudicio ecclesie ab eo reverit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam; & concordat cap. Mulier 21. de convers. conjugat. ibi: Mulier, que in fide remansit, potest, volente viro, qui ab infidelitate revertitur, per quam ab eo fuerat iudicio ecclesie separata, ad religionem libere convolare. Si autem religionem ingredi noluerit, etiam hic redire compellitur. Sic Glossa communiter recepta in dist. e. Mulier 21. de convers. conjugat. verb. Iudicio Ecclesie, ubi sic expressè dicit: Sed si nollet intrare religionem, compelli debet ad ipsum redire atque casu, si vero fuerit iudicio ecclesie absolutus, vive non arg. Quarto 7. de divortis in sensu contrario; & ibi Barbosa in fine Pirhing. lib. 4. Decret. tit. 19. num. 31. Reiffenstuel ibid. num. 32. & alii passim.

25 Tertia causa est periculum salutis spiritualis, seu incitatio ad peccatum mortale; Si enim unus conjugum provocat, incitat, & inducit alterum ad gravia crimina v. g. ad sodomiam, ad furtum, ad maleficia, ad deserendam fidem &c. ita ut sine periculo salutis spiritualis habitare cum eo non valeat, potest licite divortium facere quoad totum, & cohabitationem; arg. cap. Quæ sint 2. de divortis, ibi: Verum si conjugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit, & de viro poterit reparari, ita quod ei nubere alii non licebit, & textu expresso in c. Idolatria 5. caus. 28. quest. 1. ibi: Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum, qua in stupris eum aliteris viris, ut feminis committuntur, sed omnino quælibet, que animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & perniciose, turpiterque corruptunt, possit sine crimine, & vir uxorem dimittere, & uxor virum. Et sic tenent Abbas in d. cap. Quæ sint num. 3. Barbosa ibid. num. 4. Engel lib. 4. Decretal. num. 22. Reiffenstuel ibid. num. 33. & alii communiter. Et sicut ob hæresim, sic etiam ob periculum in alia labendi gravia crimina ex provocacione, incitatione, & inductione unius conjugis proveniunt, potest alter propria auctoritate divortium licite facere quoad totum, & cohabitationem; quia si conjux ex cohabitatione cum alio periculum animæ patiatur, Jure divino licitum est ei ab ipso discedere, juxta illud Salvatoris Matth. 6. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te, adeoque non indiget auctoritate Judicis, saltem pro foro interno. Sic Sanchez libr. 20. disputat. 17. num. 10. Reiffenstuel loc. cit. num. 35. argument. cit. cap. Idolatria 5. caus. 28. quest. 1. ubi dicitur omnino posse; dictio enim omnino est præcisæ, habetque præcisam naturam, & est lata sententia, ac importat idem ac ipso jure, taliter quod aliquid absque alia dispositione libere fieri possit, ut recte advertit Barbosa in dictione. usa frequent. dist. 240. num. 10. 12. & 19. & Sanchez lib. 1. dist. 32. num. 6.

27 Quarta causa est sævitia alterius conjugis; Potest enim licite uxor divortium facere à marito, si sit tanta sævitia mariti, ut ipsa absque periculo vite, vel gravis damni corporalis secum cohabitare non possit; cap. Ex transmissa 8. & cap. Literas 13. de restitut. spoliator. Sic etiam ob sævitiam uxoris, præsertim insidiantis vitæ mariti, aut machinantis mortem illius, potest licite maritus divortium facere ab ea; quia jus naturale cuilibet concedit facultatem adversus vim injustam se tuendi, & periculum illius quovis modo declinandum; arg. leg. Ut vim 3. ff. de just. & jur. & leg. Itaque 4. ff. ad leg. Aquil. & sic tenent Abbas in cap. Si quæ mulier 1. de divortis num. 4. & ibi Hostiensis. num. 2. Joann. Andr. num. 3. Ancharan. in fine, Sanchez lib. 10. disputat. 18. num. 8. Reiffenstuel loc. cit. num. 51. & alii communiter. Sævitia sufficiens ad divortium censetur, si adsit probabilis timor,

& periculum gravis verberationis, aut crudelis, vel atrocis tractationis futura, etiam secluso vite periculo, quia gravis, aut atrox verberatio, seu crudelis tractatio causant metum cadentem in constantem virum. Nec conjuges cum tanto periculo censentur se obligasse ad cohabitandum. Ita Engel lib. 4. Decretal. tit. 19. num. 23. Reiffenstuel ibid. num. 41. Sanchez lib. 10. disputat. 18. num. 16. Bosco de matrim. disputat. 12. sect. 16. conclus. 13. & num. 446. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 16. & alii communiter; argument. leg. Consensu 7. §. 2. cap. de repud. & Novell. 22. capit. 15. Quando unus conjux ex sævitia alterius patitur probabilem timorem, aut periculum vite, gravis verberationis, aut crudelis tractationis, si periculum est in mora, potest propria auctoritate discedere ab ipso, donec causa coram Judice discussa, sententia feratur, vel eidem sufficiens cautio de securitate præstetur, quia existente, & urgente tali periculo. Jus natura defensionem quovis modo etiam ex fuga capiendam concedit argument. leg. Ut vim 3. ff. de just. & jur. & leg. Itaque 4. ff. de leg. Aquil. ibi: Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Sic Engel lib. 4. Decretal. tit. 19. num. 23. Pirhing. ibi. num. 62. Reiffenstuel ibid. num. 46. Gutierrez lib. 1. Can. 99. cap. 28. num. 8. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 18. Sanchez lib. 10. disputat. 18. num. 3. argum. cap. Ex transmissa 8. & cap. Literas 13. de restitut. spoliator. Si vero periculum non sit in mora, sed conjux possit cum omni securitate expectare sententiam Judicis, tunc propria auctoritate discedere non potest. Ita Doctores mox citati, arg. dist. cap. Ex transmissa 8. & dist. cap. Literas 13. de restitut. spoliator.

32 Quinta causa est votum ultramarinum ad liberandum Terram Sanctam; ob finem enim tam pium, & sanctum potest vir etiam invita uxore tale votum emittere, atque adimplere, & in tali casu licite divortium ad tempus, donec scilicet vir redeat, ac proinde inter justas, & legitimas divortii causas recte enumeratur, textu expresso in cap. Ex multa 9. de voto §. In tanta, ibi: In tanta quoque necessitate populi christiani ne Terre Sancte impediatur subsidium, viri præter uxorem assensum hujus peregrinationis propositum docere libere valent, & quod voventur libere adimplere.

33 Sexta est morbus contagiosus, aut aliud grave periculum corporis, ubi enim iudicio medicorum, aut peritorum est probabile periculum gravis infectionis, potest conjux sanus petere omnino separationem à toto, & cohabitatione, si non tantum ex debito conjugali, sed etiam ex sola cohabitatione tale infectionis gravi periculum probabiliter timeatur, ut communiter sentiunt Doctores cum S. Thoma, & Scoto in 4. dist. 32. Sanchez 1.9. disputat. 24. num. 17. Navarr. in Manual. cap. 16. num. 25. Barbosa in c. Quoniam 2. de conjug. leproso Pirhing. lib. 4. Decretal. tit. 8. num. 10. Reiffenstuel ibi. num. 7. Engel ibi. arg. cap. Pervenit 1. de conjug. leproso, ubi dicitur, quod si conjuges sani non possint induci ad cohabitandum cum leprosis suis conjugibus, ad hoc cogi non possint, dummodo uterque altero vivente continentiam servent, ibi: Si vero ad hoc induci non poterunt, etsi artibus injungatur, ut uterque altero vivente continentiam servent. Et ratio est, quia ex naturali interpretatione conjuges in matrimonii contractu corporum potestatem inter se dant, & se obligant ad cohabitandum, salva suarum personarum incommoditate, & adeoque cum timeatur probabiliter grave periculum salutis corporalis ex cohabitatione cum conjuge infecto lepra, morbo gallico, aut alio contagioso morbo, tunc non urget obligatio reddendi debitum, nec simul cohabitandi. Rursus enim ordo nature postulat, aut saltem concedit, ut prius consulatur incolumitati proprii individui, cum ordinata charitas incipiat à seipso, argument. cap. Si non licet 7. caus. 21. quest. 5. Si quis autem sponte contraxit cum persona, quam prius sciebat lepra, vel morbo gallico, aut alio simili morbo contagioso laborare, non potest licite divortium facere, nec quoad totum, nec quoad cohabitationem, quia censetur cessisse juri suo sicuti is, qui sciens vitium mercis, nihilominus emit. Sic communiter Doctores cum Sanchez loc. cit. num. 21. Barbosa loc. cit. num. 4. Reiffenstuel loc. cit.

num. 8. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 1. num. 6.

35 Septima est adulterium culpabile alterius conjugum. Jure enim divino, & humano licitum est conjugi innocenti divortium facere quoad totum, & quoad cohabitationem ob alterius culpabile adulterium. De jure quidem divino habetur expressè ex verbis Christi Matth. 19. ibi: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, machetur: De jure vero humano ex cap. Significasti 4. c. Ex literis 5. & cap. Gaudemus 8. de Divortis; Frangenti enim fidem fides merito non servatur, ex Regul. 75. Juris in 6. ibi: Frustra fidem qui postulat ab eo servari, cui fidem & se præstitam servare recusat. Conjux innocens potest licite divortium facere propter alterius commissam sodomiam, aut bestialitatem; Sic communis Doctorum, argum. cap. Idolatria 5. caus. 28. quest. 1. ubi de mente Sancti Augustini declaratur, posse fieri divortium, & quoad totum, & quoad cohabitationem à conjuge reo conjucumque pernicioso, & turpis concubitus, ibi: Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias, non tantum que in stupris cum obscenis viris, aut feminis committuntur, sed omnino quaslibet, que animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & perniciose, turpiterque corruptunt, possint sine crimine, & vir uxorem dimittere, & uxor virum, quia exceptam facit Dominus casum fornicationis, quam fornicationem, & generale & universalem intelligere cogimus. Non potest tamen fieri divortium ob tactus, amplexus, & oscula etiam cum pollutione proprii, vel alieni corporis sine copula facta, quia per hæc, licet ceteroquin gravia peccata, non perfecte, & consummate lædunt jus matrimonii, cum non dividatur caro unius conjugis ab altero per concubitum in tertium. Sanchez lib. 10. disputat. 4. num. 9. 10. 11. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. Covarrub. de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 6. Pirhing. ibi. 4. Decretal. tit. 19. num. 5. Reiffenstuel ibid. n. 60. & alii; In odiosis enim, qualis est materia divortii, non lata, sed stricta est faciendi interpretatio, juxta Regul. 15. Juris in 6. ibi: Odiæ restringi; & favores conueni amplari. (Vid. verb. Dispensatio, in fin. n. 29.)

38 Conjux innocens, quando alterius adulterium est notorium, potest propria auctoritate in utroque foro divortium facere; tunc enim non est necesse expectare sententiam Judicis, argument. cap. Significasti 4. de Divortis, ibi: Si notorium est, mulierem ipsam commississe adulterium, ad eam recipiendum vir (qui propria auctoritate sine iudicio ecclesie eam prius repulerat) cogi non debet. Sic Barbosa in cap. Ex parte, de sponsal. & matrimon. num. 6. & ibi Abbas in fine, Sanchez lib. 10. disputat. 12. num. 12. & 25. Joann. Andreas, in cap. fin. de adulter. n. 5. & ibi Ancharan. n. 6. cum Glossa communiter recepta ibi. verb. Fornicationis. Si vero alterius adulterium sit occultum, potest conjux innocens propria auctoritate divortium facere solum quoad totum; Quoad cohabitationem vero solum post sententiam Judicis; aliter si propria auctoritate divortium faciat quoad cohabitationem, mox alteri conjugi petenti erit restituendum, donec probaverit adulterium alterius conjugis, cap. Ex transmissa 8. de restitution. spoliator. & c. Significasti 4. de Divortis. Quando autem adulterium unius conjugis nec est notorium, nec alteri physice, vel moraliter certo notum est, sed tantum probabilis suspicio, aut dubium de illo existit, conjux innocens nec in foro externo, nec interno, divertet, aut debitum negare potest, quia cum conjux, de quo est suspicio, sit in possessione juris matrimonialis; non potest illo privari ob solum dubium, aut suspicionem; nam in dubio melior est conditio possidentis; arg. c. In pari 65. de regul. Juris in 6. (Leg. 8. tit. 2. part. 4. §. 11. 14. part. 6.) Et sic tenent communis Doctorum cum Sanchez 1. 10. disputat. 12. n. 30. & seg. ar. c. Muli 18. caus. 2. q. 1. & c. Oves. 9. caus. 6. q. 1. ibi: Omnis suspicio potest repellenda est, quam approbanda vel recipienda.

41 Conjux innocens potest conjugem adulterum iterum recipere; cap. Quod autem 7. caus. 32. q. 1. & est communis Doctorum sententia. Non tamen tenetur ipsum recipere, etsi multis annis penitent, quia quamvis per penitentiam tollatur culpa apud Deum, non tamen tollitur injuria facta homini, nec reatus poenæ, nam per penitentiam

tiam non desinit quis esse nocens, ut recte advertit Glossa in c. Admonere 8. caus. 33. q. 2. verb. Penitentia; argum. leg. Qui fugitivus, ff. de Edict. edit. sit tenent communiter Doctores, argument. c. Dicit Dominus 2. caus. 32. q. 1. ex cit. c. Admonere 8. caus. 33. quest. 2. ibi: Nam si uxorem (quod absit) fuisset, sicut ille adulter meminit est, post septem annos penitentia peccata, dimittere eam per approbatam causam potuisset, si voluisset. Conjux innocens potest pro libitu revocare nocentem etiam post sententiam divortii, teneaturque nocens redire, si status utriusque adhuc est integer, & nullus eorum religionem intravit, quia cum divortium sit in favorem innocentis institutum, non debet in eius odium detorqueri; argument. cap. Quod ob gratiam alicujus conceditur non est in ejus dispendium retorquendum; retorquetur autem in ejus dispendium, si etiam innocens privaretur Jure in corpus conjugis nocentis; Et quod conjux nocens teneatur in tali casu redire, patet clare, quia nemo debet ex suo delicto commodum reportare; leg. Itaque, ff. de furtis. (Leg. 7. tit. 2. §. 11. 8. 2. tit. 10. part. 4. 9. & 10. tit. 14. part. 7.) Immo si non teneretur redire, præberetur conjugibus ansa delinquendi, & adulterandi, ut sic possent separari, prout recte advertit Glossa in cap. Ex lit. 5. de divortis, verb. Redire; arg. c. Ex parte 10. de consuet. & Glossam hanc, & opinionem sequitur communis Doctorum.

44 Quando unus conjugum adulterium committit, potest eo invito alter conjux religionem ingredi. Sic Doctores communiter; arg. c. Constitutus 15. & cap. Veniens 16. de convers. conjug. juredo c. Agathosa 21. caus. 27. q. 2. & cap. Dixit Dominus 2. caus. 32. quest. 1. Et si adulterium sit publicum, & notorium, potest conjux innocens ingredi religionem propria auctoritate, non expectata sententia Judicis. Sic Abbas in cap. Constitutus 15. de conjug. num. 4. & ibi Barbosa numer. 2. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 32. num. 35. Reiffenstuel ibid. numer. 17. Vallens ibid. num. 5. Si est verus divortium quest. 23. dist. 2. Sanchez lib. 10. de matrim. disputat. 11. numer. 5. & 10. argument. cit. cap. Constitutus, & dist. cap. Dixit Dominus 2. caus. 32. quest. 1. ibi: Ubi cumque fornicatio est, libere uxor dimittitur. Si vero adulterium sit occultum, debet expectare sententiam divortii à Judice, alias si absque tali sententia religionem intrat, in foro externo restitui debet adultero, non obstante exceptione adulterii, ut tenent communis Doctorum; argum. cap. Item cum quibus 6. de restitut. spoliator. Conjux innocens si post alterius adulterium ei voluntarie cohabitavit petendo, & reddendo debitum conjugale, non potest eo invito religionem ingredi, quia censetur eidem reconciliatus remisisse injuriam argument. cap. Quam periculosum 8. caus. 7. quest. 1. & cap. Sicut 1. cap. Dixit Dominus 2. c. In conjugio 3. caus. 32. quest. 1. & leg. Si Maritus 15. §. Si negaverit ff. ad leg. Jul. de adul. (Consonat lex 7. 8. 16. tit. 2. 2. tit. 9. part. 4. præcipue 8. & 9. tit. 17. part. 7.) Sic etiam conjux innocens, si ex post & ipse adulterium committat, non potest invito primo adultero religionem ingredi; argum. c. Significasti 4. de divortis, & cap. Intelleximus 9. de adulteris, ibi: Cum matrimonii jus in utroque læsum consistat, & paria delicta mutua compensatione tollantur; & cap. Tua Fraternalitas 7. de adulteris, ibi: Quia cum paria crimina compensatione mutua desistant, vir hujusmodi fornicationis obventu sua uxoris nequit consortium declinare; & ibi Glossa communiter recepta. (Leg. 6. tit. 9. §. 11. 10. part. 4. 9. tit. 17. part. 7. 4. tit. 7. lib. 4. For. Reg.)

49 Quando conjux innocens religionem non ingreditur, sed in seculo manens divortium facit à conjuge adultero, etiam quoad cohabitationem, non potest conjux adulter sine licentia conjugis innocents ingredi religionem, et sic tenent communis innocens habet jus condonandi adultero conjugi, eumque ad thalamum revocandi, de quo jure non potest invitari privari; argument. leg. Si Maritus 15. §. Si negaverit ff. ad leg. Jul. de adulter. & leg. Crimen 10. c. eod. cap. Gaudemus 15. de convers. conjugat. Ex sic Glossa in cap. Ex literis 5. verb. Redire, de divort. S. Bonaventura in 4. dist. 35. quest. 4. Silvester verb. divortium quest. 10. Layman lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 11. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 32. numer. 35. Reiffenstuel ibid. num. 30. Sanchez de matrim. leg. 10. disputat. 10. num. 12. & 13.

50 & alii plures. Potest tamen conjux adulter religionem ingredi, & in ea profiteri etiam inscio, & invito conjuge innocente, si hic prius est religionem ingressus, & in ea professus: quia quando conjux innocens professionem in religionem emittit, redditur incapax revocandi conjugem adulterum, & eidem conjugali jure cohabitandi, quod solum alias professionis obstaculum esse potest. *Est communi- nis.* Quotiescumque vir ob adulterium uxoris, ea invita potest religionem ingredi, potest etiam ordines sacros in seculo quoque manens recipere, quia postquam mulier adultera amisit totum suum jus ad virum, non est major ratio, cur ea invita possit vir ingredi religionem, & in ea profiteri, & non in seculo ordines recipere. Sic Glossa in cap. Constitutus 15. de convers. conjug. verb. ad gradum, Abbas ibid. numer. 4. Sanchez libr. 10. de matrimo. dis- put. 11. num. 16. Navar. lib. 4. de sponsal. consil. 23. n. 6. Silvester verb. divortium quest. 17. numer. 20. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 32. num. 34. Reiffenstuel ib. n. 23. Nec valet obijcere, quod sit maxima disparitas circa ingressum in religionem, & susceptionem sacrorum ordi- num, ex quo uxor adultera post mortem viri religionem professi possit aliter nuberet, non autem sic post mortem viri ordinibus initiari. Quia sunt 10. d. 28. & cap. Seria- tim 14. dist. 52. Non valet, inquam, quia canones illi lo- quuntur de casu, quo vir de licentia uxoris innocens suscipit sacros ordines, & non de casu, quo uxore exis- tente adultera dictos ordines suscipit, ut recte advertit Abbas in cap. Constitutus 15. de convers. conjugat. & ratio diversitatis est, quia in primo casu mulier innocens con- sentiendo ad ordinationem viri, se obligat ad continen- tiam; cap. Cum sis 4. de convers. conjug. ibi: *Ut castitatem promitteret, & cap. Ad Apostolicam 13. eod. tit. ibi: Nisi perpetuam continentiam repromittat; Non autem sic in casu adulterii.*

53 Propter adulterium spirituale, quando videlicet unus conjux in haeresim labitur, vel apostasiam a fide commit- tit, potest alter conjux fidelis, etiam alio invito religionem ingredi, vel sacros ordines suscipere, postquam ad veram fidem iterum rediit conjux adulterans, dummodo separatio ob tale adulterium spirituale auctoritate ecclesiae, & non propria sit facta, textu expresso in cap. Mulier 21. de convers. conjugat. ibi: *Mulier, que in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quod ab eo fuerat iudicio ecclesiae separata, ad religionem libere convolare, & cap. De illa 6. de divortio, ibi: De illa, que viro suo latente in haeresim, ipsius consortium sine iudicio ecclesiae declinat, videtur Nobis quod mulier ei, cum con- versus fuerit, est reddenda, que etiam reverti noluerit, compellatur. Si vero iudicio ecclesiae ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam & sic Glos. communiter recepta in dist. 6. Mulier 21. de convers. con- jug. verb. Iudicio Ecclesiae.*

54 Dantur plures casus, in quibus nequit fieri divortium propter adulterium. Primus casus est, quando conjux in- nocens jam remissis injuriis conjugi adultero, tunc enim nequit amplius ab eo recedere, cum jam cesserit juri suo, argum. cap. Quam periculosum 3. caus. 7. q. 2. cap. Si- cut 1. cap. Dixi Dominus 2. & c. In conjugio 3. caus. 22. q. 1. & legit. Si maritus 15. §. Si negaverit, ff. ad leg. Juliam de adult. & leg. Crimen 10. C. eod. Secundus casus est, quando adulterium ab utroque conjuge fuit commis- sum, c. Significasti 4. de divortio, ibi: *Nisi constaret ipsum cum altera adulterium commisisse, c. Intelleximus 6. eod. tit. ibi: Cum matrimonio jus in utroque lasum consistat, & paria delicta mutua compensatione tollantur, & cap. Tua Fratemitas 7. eod. tit. ibi: Quia cum paria crimina compen- satione mutua delictum, vir hujusmodi fornicationis obienta tue uxoris nequit consortium declinare; & cap. Nihil ini- quitus 1. caus. 32. q. 6. de mente Divi Augustini sic praeci- piendum: Nihil iniquius, quam fornicationis causa di- mittere uxorem, si ipse convinctus fornicari, occurrit enim illi: in quo alterum iudicet, te ipsum condemnas: eadem enim agit, que iudicet; Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere uxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus, quod similiter etiam de femina dixerim. Tertius casus est, quando adulterium est tantum materiale, & non formale, id est, cum absque sua culpa committitur,*

veluti si mulier vim passa sit, arg. in dist. c. Tolerabili- us 1. caus. 32. q. 5. ibi: *Virgo prostitui potest, adulterari non potest: cap. Reverta 2. eod. caus. & q. ibi: Reverta non potest caro ante corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta; c. Ita ne 3. caus. 32. q. 6. ibi: Quis sana mentis putaverit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa car- ne sua exerceatur, vel excolatur libido non suat cap. 4. eod. caus. & q. ibi: Propositio animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari miruit, ipsi corpori non auferit sanctita- tem violentia libidinis aliena, quam terat perseverantia sua continentie, quia ut dicit Glossa communiter recepta in dist. c. Ita ne 5. caus. 32. q. 5. Non debet quis divi per- petrasse, quod nolens fuit, vel passus fuit, nec debent im- putari que per coactionem absolutam sunt. Aut veluti si quis fraudulenter sub specie matris aliquam cognoverit, vel aliqua sub specie uxoris se fecerit cognosci fraudulenter, c. In lectum 6. caus. 34. q. 1. & 2. ibi: In lectum mariti abiente uxore roror iuit uxoris, quam uxorem putans esse suam, dormivit cum ea: super hoc visum est, si ipse per se- curitatem veram hoc probaverit, quod incensus fuerit hoc rec- lus... legitimam suam conjugem habere permittatur, quia ubi non est culpa, nec poena esse debet. Secus est si mu- lier sine violentia ex metu gravi cadente etiam in virum constantem, v. g. ex metu mortis, adulterium admisit; arg. c. Sacris 5. de his, que vi metusque sunt, ibi: *Cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere; quia si talis metus non excusat a culpa mortali, nec a vero, & for- mali adulterio, etiam non excusabit a poena. Tum quia si sic posset mulier esse immunis a poena, daretur causa adulterandi, cum quilibet se posset excusare, & defendere dicendo, quod mortis, aut alterius gravis mali metu adulterium admisit. Sic Bosco disputat. 12. sect. 16. con- clus. 5. Silvester verb. divort. q. 9. caus. 4. Pirhing. lib. 4. Decretal. tit. 19. num. 11. Reiffenstuel ibid. num. 64. San- chez lib. 10. disput. 5. num. 19. & alii communiter.**

58 Quartus casus est, si vir fuit uxori causa adulterii, veluti si eam prostituat, vel adulterium consulat, aut in illud consentiat; arg. cap. Discretionem 6. de eo qui cog- novit consanguineam uxoris, ibi: *Cum adulterium ei non possit obijcere, qui eam adulterandum tradidit, & Glossa ibid. verb. Tradidit communiter recepta; & stat clara ratio, quia ex Regul. 27. Juris in 6. Scienti, & consentienti non fit injuria, (Reg. 25. tit. 34. part. 7. Inspice leg. 1. tit. 5. part. 4. 14. tit. 5. part. 5. in fin.) que tamen injuria requiritur ad faciendum divortium. Et hoc etiam si tantum tacite consentiat, si videlicet adulterium uxoris scit, & non contradicit, sed tacet, dum contradicere, & prohibere posset, ac deberet, quia ex Regul. 43. Juris in 6. Qui tacet, tacite videtur, (Leg. 23. tit. 34. part. 7. & 1. tit. 16. part. 4. 1. tit. 5. ejusd. p.) & ex leg. Cum quid ff. Si certum petatur; Taciti, & expressi idem est iudicium. Et sic tenent communiter Doctores arg. leg. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. Vir non censetur causam praebere adulterii, nec uxorem prostituere, ita ut per hoc privetur Jure instituendi divortium, si eam domo expellit, ac necessaria alimenta denegat, indeque indi- recte causat, quod uxor adulteretur: cap. Significasti 4. de divortio, ubi ab Alexandro III. relinquitur viro jus fa- ciendi divortium ab adultera sua uxore, ibi: *Ad eam recipiendam prefatus vir cogi non debet, non obstante quod ipsa pro excusatione sui adulterii consimilem allegaret causam, ubi: Asserens se ab ipso iniuste dimissam, & eundem sibi materiam adulterandi dedisse, & ibi Glossa communiter recepta in verb. Materiam, dicens, quod mulier nulla conditione ad adulterium adduci debet, argu- ment. cap. Ita ne caus. 32. quest. 5. ibi: Potius quilibet mala tolerare decernat, quam malo consentire; & capit. Sacris 5. de his, que vi, metusque sunt, ibi: *Cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere; Ut enim statuit in l. Palam 43. §. Non est 4. ff. De ritu nuptiar. Non est ignoscendum ei, qui praetextu paupertatis turpissimum vitam agit.***

Vide verb. adulterium art. 4. n. 9. & 10.

Alia vid. verb. Divortium, Debitum conjugale, Con- juges, Impedimenta matrimonii, Matrimonium, Uxor.

(Praeter leges supra commemoratas, in eorum, que ex num. 54. hucusque recensentur, confirmationem: con-

cordant leg. 4. s. 7. 8. & 9. tit. 17. part. 7. 4. & 1. tit. 7. lib. 4. For. Reg. Oblivioni que in praecedentibus verbis inseruntur, non tradantur, utpote in eis subnectere jure patrio disposita opportunitur erit: pro nunc vero decisa ex tit. 2. usque ad 10. inclusive part. 4. leviter per- tingam.

In primo, de causis propter quas fuit institutum ma- trimonium, agitur: istud quid sit: quare sic denomina- tionem accipit: comoda ex ipso provenientia; ubi in- stitutum: quomodo contrahatur: a quo: quam vim jam contractum habeat: an dissolvi possit: qua forma, si ex contrahentibus quilibet seclum aliquam proficiatur, moe- chetur, aut praegravetur infirmitate: debitum nequit de- negari, adulterii causa pendente: quando in matrimo- nio collocat per commixtionem peccatum admittant vel non: ex leg. 10. ad 19. species, idem impedientes, ac dirimentes numerantur.

In secundo, de matrimoniis clandestinis pertracta- tur: quare fuganda, & est clandestinitas fugienda: de penis in sic contrahentes: de animadversione qua est plecendus qui incestis parentibus, aut consanguineis con- traxerit. Vide sup. verb. Denuntiationes matrimonii, & addit. hisp. verb. Exheredatio, verb. Cum regie: 11

In tercio, de conditionibus, que in sponsalibus, & matrimonio admitti, ad reprobari possunt geritur: quot sint, qualiter interponantur.

In quarto, de conjugio servorum: si in eo domini- rum consensus requiritur: quid, dum servi contrahunt, & propter illorum distantiam cohabitare non valent.

In quinto, de consanguinitate: cur hodie in lege Gratiae prohibeatur inter consanguineos matrimonium inter quas personas, & intra quot gradus: que distinc- tio in eorum numeratione inter jus canonicum, & civile hispanicum signatur: quid sit affinitas, & ad quos gradus prohibito ad contrahendum extenditur.

In sexto, de cognatione spirituali: quos ea com- prehendat, ut contrahere matrimonium inhibeat: quod discrimen inter hanc, consanguinitatem, & affinitatem constituitur: de adoptione etiam tractatur: que ejus species: qua forma effectum sortitur, & utrum ad con- trahendum detur impedimentum.

In septimo, de impotentia coeundi est sermo: quid, si ante aut post contractum matrimonium eadem oria- tur: in ejus dissolutione quomodo procedendum: que sit differentia inter maleficos.

In octavo, de iis, quibus similis accusatio competat, requiritur: vid. verb. Qui accusari vel accusare possint, vel non: cujus tribunalis cognitio hujus iudicii sit privi- legata: vid. etiam addit. hisp. verb. Adulterium quoad penas: verb. Forum, verb. De alieni: & verb. Infamia, verb. Nil asserendo: quibus causis est ad separationem procedendum: quo modo libellus est accusationis effor- mandus: quales testes admittendi.

In nono, de divortio pertingitur: quid sit: unde dictum: quas ob rationes fieri possit: quod dissidium inter matrimonium a fidelibus contractum, & inter quod ab infidelibus copulatur: a quo est judicandum, aut tale iudicium ventilandum: denique per arbitros nequit de- terminari: vid. add. hisp. supra proxime & noviss. verb. Arbitr. pag. 10. vers. De quilibet: 11

Circa praecedentia, ut omnia conferantur, perlegere a Sacro Concilio Tridentino sess. 24. dispositum non omittatur: vide verb. Cognatio Spiritualis, & verb. Im- pedimenta matrimonii, in quibus fere omnes literales ejus dispositiones referuntur: non officit retinere que verb. Affinitas, Baptismus, & c. exponuntur; ex qua Tri- dentina dispositione asserunt verb. Forum, verb. Cum consanguinitate: declarationem accipiet.)

61 * Divortia Græcorum quoad vinculum irritantur, & fieri deinceps prohibentur; Benedic. XIV. t. 1. const. tit. 57. incip. Et si Pastoralis §. 8. *

62 * Divortio quoad torum & cohabitationem locus hodie haud videtur esse posse ex voto ultramarino, de quo disserit Auditor. n. 32. Non sum nescius, causam hanc probari in c. Ex multa §. In tanta, de voto. At ob- servandum est, constitutum id fuisse ab Innocentio III. tunc cum undique fiebant expeditiones ad terram sanctam

recuperandam, & quidem ob necessitatem reipublice chris- tiane, ne terre sancte impediatur subitum, ut ait Al- tazerri in Comment. ad distam decretalem Innocentii III. Tales autem expeditiones non amplius sunt nostris tem- poribus. Non est itaque cur vir uxorem deserere valeat sub specie voti ultramarini, quod nulli esse potest sub- sidio terre sancte.

Causis vero divortii quoad torum & cohabitationem 67 ab Audore adductis addi potest adulterium falsè a viro uxori imputatum, quam sane causam admisit Rota in Ro- mana Separationis ejusdem anni 1746. cor. R. P. D. Caniliac. Defectus autem virginittatis in muliere minime praebet justam causam hujus divortii, quum attendi nequeant de- licta ante matrimonium patrata, ut sensit Rota in Posna- niens. seu Varsav. matrimon. 27. Junii 1746. coram Revo- rendis. P. D. Bussio Decano. At dubitari de hac opinio- ne potest, praesertim si culpa mulieris hic virginittatis defectus acciderit. Non me latet, in jure canonico inter causas divortii, de quo agitur, non recenseri defectum virginittatis. Sed nihil mirum: uti enim recte inquit Ju- lianus in l. 10. ff. de legibus: Neque leges, neque sen- natus consulta ita scribi possunt, ut omnis casus, qui quandoque incidit, comprehendatur. (Leg. 1. tit. 33. part. 7.) Ceterum ex illis juris principis optime deduci potest, defectum virginittatis justam causam praebere divortii, de quo disseritur. Certi enim est juris, defectum qualitatis cum primis a contrahentibus con- templatam justam praebere causam recedendi a contrac- tu; l. 18. ff. de Edil. edict. Nemo autem inficias ire potest, virum in matrimonio cum primis virginittatem uxoris contemplari. Deficiente igitur virginittate, si na- tura sacramenti, ad quod matrimonium elevatum est, impedit quominus ab ipso matrimonio recedatur, locus sal- tem esse debet divortio quoad torum, & cohabitationem.

Causa adulterii in eo differt a reliquis causis, quod ea tamquam immediate profluens ex violatione fidei con- jugalis sit perpetua, aliae vero cause dumtaxat ad tem- pus, usque adeo donec malum, vel incommodum, quod ex mutua cohabitatione, aut consortio maritali timetur, cesserit. At hinc sequitur, quod in uno divortio ob adul- terium potest innocens religionem ingredi, vel si vir sit, sacros ordines suscipere.

Ad divortium, de quo agitur, concludens requi- ritur probatio cause, quae allegatur. Tum etiam ad ipsum impediendum concludenter probari debet remissio, quae facta dicitur a parte innocente. Nota vero, quod si a muliere petatur dictum divortium ex adul- terio viri, & a viro opponatur remissio, ea inde pro- bata dici nequit, quod mulier sciens pravam conse- quentiam viri cum eo cohabitaverit, sed docere praete- rea oportet de signis, iisque spontaneis amoris, & benevolentiae ipsius mulieris. Confer Rot. in dist. Ro- mana Separationis Tori 4. Jun. 1736. & in confirmato- ria 24. Nov. ejusdem anni 1736. cor. R. P. D. Caniliac. &

DOCTRINA CHRISTIANA.

* Doctrina christiana est fidelibus populis tradenda, ab Episcopis; Benedic. XIV. t. 1. const. 42. incip. Etsi minime §. 2. A parochis, aliisque animarum curam habentibus; Idem ibid. §. 3. & 4. Item a reliquis eccle- siasticis, a magistris, a patribus familias, a sodalibus huic operi addictis, & a reliquis invicem viris, & mu- lieribus; Idem ibid. §. 6. & seq.

Doctrina christiana tradenda est etiam in ecclesiis ruralibus non parochialibus; ibidem §. 14. ubi expresse mandat, quod discernat Episcopus, gravibus etiam sta- tutis penis, quod sacerdotes ibi operantes christiana doc- trina summam populo tradant, divinum legem annun- tiant. Et jam id statuerat Clemens XII. in sua epistola encyclica directa omnibus Episcopis Italiae die 1. Ju- lii 1735. vulgari idiomate, ibi: "Soprattutto sua Bea- titudine inculca l' esatta osservanza di quanto s' or- dina a' parochi su questo punto dal Sacro Concilio vdi Trento, & specialmente che non si tralasci mai l' "

«istruzione nella messa de giorni festivi, cioè che ancora dovrà farsi da tutti i sacerdoti, che celebrano ne' medesimi giorni nelle Chiese, e Cappelle rurali, per ammaestramento di quella gente, che interviene al Santo Sacrificio, così dovranno insegnare tutto ciò, che debbano credere, sperare, ed operare, ed specialmente i Misterj principali della nostra Santa Fede. Sic apud eundem Pontif. Bened. XIV. volum. 3. Notif. 3. circa finem.

3 Doctrina christiana non solum pueris, sed & adultis est necessaria; Idem in cit. constitut. *Erii minime* §. 8. Qua ratione providendum est institutioni fidelium omnis ætatis, & gradus; Idem ib. §. 9. Et præscribitur uniformitas in metodo; & ratione docendi doctrinam christianam, adhibendi nempe Libellum de Clementis VIII. mandato à Cardinali Bellarmino concisptum; in deputata Congregatione diligenter examinatum, & approbatum, ac denique ab eodem Clemente in lucem eo saluberrimo consilio ed. iussu, ut unus deinceps, idemque modus in docendo, & discendo christianam doctrinam ab omnibus teneretur; Idem ibid. Ubi subijungit, quod si alicubi contingat, ob peculiarem regionum necessitates alium quampiam adhiberi forte libellum, sedulo invigilandum sit, ne quid ille contineat, ne quid in eum nunquam inducatur à catholica veritate absonum; sed insuper ut in eo fidei dogmata clare, & dilucide sint explicata, additis, si quæ desunt, necessariis, ac sublati, quæ redundant, servata semper brevitate, & univoca docendi methodo.

7 Qui in doctrina christiana satis instructi non reperiuntur, matrimonio jungendi non sunt; idem constit. 42. *Erii minime* §. 11.

8 Non est tolerandus mos in nonnullis diocesis obtinens, ut pueri parochie in alia parochia doceantur doctrina christiana, quemadmodum rescriptis Sacra Congreg. Conc. ad Card. Lambert. die 9. August. 1732.

9 *Inst. eccl. 9. §. 10.* sed singuli parochi erudire suos debent, vel saltem curare, ut in parochia erudiantur.

10 Non tamen reprehendantur qui in ecclesiis suis, licet non sint parochi subjecti, fideles eo confluentes docent, dummodo exhibeant Parochis nomina eorum, qui ed frequentant. *Ibidem* §. 13.

11 Ludimagistri, tam conducti à communitate, quam non conducti, tam clerici, quam laici, hortandi sunt prius, ut doceant suos christianam doctrinam, tum etiam cogendi ex Decreto Congr. Conc. ad Archiep. Spalatens. die 17. Julii 1698. *ibid.* §. 14. (*Vide addit. hisp. verb. Magister, vers. Quanta.*)

12 Doctrinam christianam non omnes scire æqualiter necesse est; plura enim scitu necessaria ecclesiasticis, quam laicis, plura adultis, quam pueris & puellis, plura valentibus ingenio, quam hebetibus. *Inst. eccl. 72. §. 10.*

13 Si quis non credat explicite ea, quæ scitu necessaria sunt necessitate mediæ, multo probabilis est, illum nec valde absolutum fuisse. Illicita est quidem certe in eo casu absolutio, nec potest confessarius tuto nisi opposita huic sententia, & absolutioem illis, qui hæc ignoraverint, impertiri, ut ex propositione damnata ab Innocentio XI. constat; *ibid.* §. 19.

14 Si quis vera ignoret ea, quæ necessaria sunt necessitate præcepti, dummodo nunc doleat, & proponat emendationem, absolvi utique potest, ut ex Theologis, *ibidem.*

15 Mandatum Procuratoribus Generalibus omnium Ordinum Regularium injunctum, ut per encyclicam epistolam Ministros Provinciales singularium provinciarum Italianæ, Insularumque adjacentium admonerent, ut per idoneum Virum Regularem singulis diebus dominicis in quolibet conventu professis laicis, præsertim quatuordecim doctrinam christianam, catechismum romanum, & aliquod Regulæ punctum explicari curent.

«In vigore della presente s'incarica seriamente il Padre Procuratore Generale &c. di scrivere una lettera circolare à tutti li Provinciali delle Provincie d'Italia, ed Isole adjacenti, con ordinar loro in conoscenza della mente expressa della Sacra Congregazio-

ne sopra la disciplina regolare, che in ciaschedun convento della medesima si spieghi ogni domenica da un Padre, che da' superiori locali rispettivamente sarà giudicato à proposito, la dottrina christiana, il catechismo romano, e qualche punto di regola à religiosi professi nello stato laicale, e particolarmente à questuanti con premere favorosamente intorno à tuttocio, che riguarda i doveri, ed obblighi precisi, e proprii della vita religiosa, che professano. Si stia intanto attendendo di sentire in scriptis da V. P. che così si eseguirà spedimento senza altro &c. Di Cara 13. *Novembre 1709. Fr. de Vico Segretario.* Mandatum hoc Sac. Congr. innovatum fuit anno 1758. cuius omnimodam executionem in ordinem Fr. Min. P. Minister Generalis totius ordinis edixit, ut sequitur.

F. CLEMENTE DI PALERMO.

Letter Giub. Teol. di S. M. C. nel real congresso di Madrid per l'Immacolata Concezione, Ministro Gen. di tutto l'Ordine del N. P. S. Francesco, Visitatore, e Reformatore Apostolico, e Servo nel Signore.

«La Sacra Congregazione della regolare disciplina, sempre intenta à promuovere il vantaggio, e il decoro delle religioni, avendo saputo, quanto sieno ignoranti moltissimi laici delle medesime tanto nella dottrina christiana, quanto nelle altre cose necessarie a sparsi da questi, ha giudicato expediente fare intendere à tutti li Superiori Generali, quali sieno le sue intenzioni sopra un tal particolare per mezzo della seguente Lettera.»

Reverendiss. Padre.

«Frequenti sono stati i ricorsi, che in diversi tempi si sono fatti à questa Congregazione della disciplina regolare, della grave ignoranza, che vi era tra' laici, e conversi di molte religioni non solo degli obblighi, che sono particolari del loro proprio stato, ma anche della dottrina christiana, e delle cose più importanti di Nostra S. Fede; e con quel premuroso zelo, che dovea, non ha mancato con replicate lettere circolari de 9. Nov. 1709. e de' 20. Febr. 1739. inculcare a' Sup. Generali gli ordini più pressanti, che in ogni convento in ciascuna domenica dell'anno da un Padre da destinarsi dal super. locale si spiegasse a' religiosi professi nello stato laicale, e precisamente a' questuanti la dottrina christiana, il catechismo, ed ancora qualche punto della regola, e premendo sopra tutto ciò, che riguarda i doveri della vita religiosa, che professano.

«Non ostante però tutti questi replicati ordini di questa Sacra Congregazione, continuano ed in iscritto, ed in voce le querele degli zelanti religiosi, che la spiega della dottrina christiana a' conversi venga trascurata, anche nelle più osservanti religioni tanto che alcuni di essi religiosi con lagrime hanno attestato ritrovarsi in essi una sì crassa ignoranza, che non sappiano nè anche i principali misterj di N. S. Fede.

«Per riparare adunque ad un tanto lagrimevole disordine ha creduto questa Sacra Congregazione della disciplina regolare, anche con expressa approvazione della Santità di Nostro Signore, che si eccitasse il lodevole zelo di V. Paternità, affinché con viva, ed efficace lettera circolare à tutti li provinciali d'Italia, ed Isole adjacenti, faccia lor conoscere il debito precetto del loro officio d'invigilare su de' superiori locali per l'esatto adempimento d'un obbligo di tanto rilievo, qual'è l'istruzione de' loro conversi nella dottrina christiana, e lo stretto conto, che dovranno rendere à Dio dell'altri ignoranza, ordinando ad essi superiori provinciali.

«Primo. Che nel ricevere i conversi alla religione, la principal cosa, su cui debbano essere esaminati, sia sulla dottrina christiana, secondo viene specialmente prescritto dai decreti della san. mem. di Clemente VIII. *De educatione novitiorum*; e non trovano-

«doli ammaestrati, come conviene, in niun conto li ricevano.

«Secondo. Che in tutte le maniere, e senza che vi sia scusa alcuna, che possa darne esenzione, facciano in tutti li conventi in ciascuna domenica, o altro giorno della settimana, che dal sup. locale sarà stimato più opportuno, ai laici professi Tertiarij, o Oblati, da un Padre, che egli giudicherà capace, spiegare la dottrina christiana, il catechismo, e qualche punto della regola, che riguarda i doveri, e gli obblighi precisi della loro vita reg. e specialmente appartenenti al voto d'Povertà.

«Terzo. Che portandosi essi provinciali in visita, come altresì qualche altro in grado di visitatore, tra le più importanti cose, è che con maggior premura debbano inquirere, sia l'informarsi, se i superiori locali facciano adempire una tale spiega della dottrina christiana, e se esattamente si eseguisca; Esaminando anche i detti laici con osservare, come siano in quella istruiti, e nel caso, che ritrovino dell'ignoranza ne' medesimi, o che tale esercizio non sia esattamente praticato, rigorosamente gastighino, ed Essi, ed i superiori locali a misura della loro trascuraggione, anche col privarli e sospenderli dall'officio; come dalla S. C. non si mancherà, essendo avvisata, che essi usi da qualche superior locale della negligenza di procedere a quei condegni gastighi, anche di privazione di voce attiva, e passiva, ed altri, che crederà convenevoli.

«Quarto. Et acciò che si mantenga sempre vivo ne' superiori locali l'adempimento di tal'ordine, è mente della Sacra Congregazione, che questa sua lettera de' medesimi si faccia leggere due volte l'anno in pubblico refettorio di ciascun convento nella stessa maniera, che si pratica di altri simili ordini.

«E' sicura la stessa Sacra Congregazione, che V. P. non trascurerà col suo commendabile zelo di adempire quanto le vien prescritto, invigilandone nella più attenta, ed efficace maniera, che un dovere di sì grand'importanza, qual'è l'istruzione della dottrina christiana in persone religiose, sia nel di lei ordine eseguito con ogni esattezza. E nell'attendere il riscontro dell'esecuzione, che si farà sollecitamente dato ai comandati delle E. E. Loro, auguro alla P. V. ogni felicità. Roma 25. Marzo 1751. Al piacere di V. Paternità. F. G. A. Cardin. Guadagni Prefetto. Dom. Arcivescovo di Nicomedia Segret.

«In sequela pertanto di quanto ci viene imposto dalla medesima Sacra Congregazione incarichiamo strettamente la P. V. a dar pronta esecuzione a' suoi ordini, che per mezzo d'una circolare notificherà a tutti li superiori locali quali dovranno far copia di questa nostra per leggerla ogni sei mesi in piena comunità. Sarà poi suo peso, che venga da' medesimi eseguita in tutte le sue parti; e con autentico attestato ci farà costare di venir praticato da Essi quanto nella presente si prescrive, sotto pena, in caso d'innosservanza della privazione dell'officio, e d'altre a nostro arbitrio: E cordialmente salutandola, le diamo la Serafica Benedizione. Roma Araceli 1. Aprile 1758. Di V. P. P. Clemente di Palermo Ministro Gener. Per comandamento di S. P. R. F. Vincenzo Scuteri già diff. Gen. e Segr. Gener. dell'ordine.

17 Noverrit parochi, & catechista omnes à Summo Pontifice Clemente XIII. ad omnes Episcopos encyclicam datam fuisse epistolam die 14. Junii 1761. qua omnibus præcipit, ut ad fidelium instructionem posthabitis iis catechismis, quos novitatis amor passim efferre consuevit; tantum catechismum romanum jussu S. Pii V. ad mentem Tridentinae Synodi edito, qui quidem omnem doctrinam complectitur, qua fideles informari oportet, quæ ab omni errore quam longissime abest; quæque demum communis est in ecclesia. Cum enim per in via loca dudenda non sint oves ad pascua, nec possit vulgus ascendere in montem, in quem gloria Domini descendit, fidelibus propterea, præsertim rudioribus, & simplicioribus proponenda non sunt singularia quædam

etiam catholicorum doctorum placita, sed ea tantummodo tradenda, quæ sunt ad salutem necessaria, aut summopere utilia, ne idem plus sapiant, quam oportet sapere, sed sapiant ad sobrietatem. Hæc autem antiqua docendi ratio, quam nobis romanus catechismus suppeditat, auferretur à pusillis quoddam scandaligenus ortum ex diversis, variisque christianæ doctrinæ tradendæ methodis, & certissima magis elucescet catholice veritatis nota, doctrina: universitas, antiquitas, & consensus.

DOLOR. Vid. verb. Pœnitentiæ Sacramentum art. 2.

DOLUS. Vid. verb. Commodatum num. 17.

DOMICILIUM PRO CONTRAHENDO MATRIMONIO.

Vid. verb. Matrimonium, & Impedimenta Matrimonii, art. 2.

DOMICILIUM PRO ORDINIBUS SUSCIPIENDIS. Vid. verb. Ordo, art. 3.

DOMINIUM.

ARTICULUS I.

Dominiū quoad ejus esse, divisionem, & species.

SUMMARIUM.

- 1 DOMINIUM generalissime sumtum quid sit, & quot sit, & quomodo dividatur, ad num. 2.
- 2 Dominiū divinum quomodo alio nomine appelletur.
- 3 Dominiū humanum diversimode nuncupatum, quod duplex & cujusmodi, & qua ratione subdividendum sit, ad num. 11.
- 4 Ususfructus quid sit, ubi constitui nequeat, & quod duplex sit usus distinctio, ad num. 20.
- 5 Potestio unde dicta, qua ratione dividatur, & quomodo acquiri vel deperdi possit, ad num. 29.
- 6 Quæ sint & quæ possessionis commoda ac privilegia, ad num. 37.
- 7 Subneantur Additiones ex aliena manu, ad num. 43.

DOMINIUM generalissime sumtum est facultas disponendi de re tanquam sibi subjecta; *Eri in re communis.* Dominiū sic generalissime sumtum dividitur in Dominiū Divinum, quale competit Deo per essentiam in omnes creaturas (*Vid. verb. Decime præcipue art. 1.*) & Dominiū humanum, quod convenit homini per participationem, seu potestatem sibi à Deo collatam in alias creaturas, juxta illud Genesis I. *Crescite, & multiplicamini, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli, & universis animantibus, quæ moventur super terram.* Dominiū divinum dicitur dominiū universalissimum, seu excellentia, quia competit soli Deo ratione creationis in omnes creaturas. (*In comprobationem verb. Decime, per tot. Proccium Septem part. & tit. 1. part. 4. recognosce, etiamque leg. 1. tit. 28. part. 3.*) Dominiū humanum aliquando dicitur *Altum*, seu *politicum*, & est illud, quod habent reges in bona subditorum urgente necessitate, & aliquando dicitur *Basium*, seu *speciale*, & est illud, quod competit particularibus respectu rerum suarum. Dominiū humanum est duplex, dominiū scilicet Jurisdictionis, & dominiū proprietatis. Dominiū Jurisdictionis est potestas gubernandi sibi subditos præcipiendo, vel prohibendo, præmiando, vel puniendo, vel hoc dominiū Jurisdictionis subdividitur in *seculare*, quale est in Imperatoribus, Regibus, &c. respectu populorum sibi subditorum in negotiis secularibus; & in *Ecclesiasticum*, quale est in Summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis, aliisque Prælatibus Ecclesiasticis, qui habent subditos in spiritualibus. Dominiū proprietatis est facultas disponendi de re sua pro libitu in suum commodum, & dicitur notanter in *suum commodum*, ut contradistingatur à dominiū Jurisdictionis, quod habent Principes seculares, & Prælati Ecclesiastici in suos subditos in ordine ad gubern-